Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



APORA

ab ore ipsius. Et vidi de ore draco
nis et de ore bestie et de ore pseu
do prophete exire tres spiritus
in mundos in modum ranarum
Sunt enim spiritus demoniorum
facientes signa et procedunt ad
reges totius terre congregare il
los in prelium ad diem magnum
dei omnipotentis et ecce venio
sicut fur. Beatus qui vigilat et
custodit vestimenta sua ne nudus
ambulet et videant turpitudinem
eius. Et congregabit illos in loci
qui vocatur hebraice hermagedon
Et septimus angelus effudit phia
lam suam in aerem et exivit vox
magna de ~~throno~~ templo a throno
dicens factum est. Et facta sunt
fulgura a voces a tonitrua a tre
motus factus est magnus qualis
numquam fuit ex quo homines fue
runt super terram tanti tremor sic
magnus. Et fracta est civitas
magna in tres partes a civitates
gentium ceciderunt et babilon
magna venit in memoriam ante
deum dare ei calicem vini indig
nationis eius ire. Et omnis insula
fugit et montes non sunt in
venti et grando magna sicut ta
lentum descendit de celo in homi
nes et blasphemaverunt homines
deum propter plagam grandinis quia
magna facta est vehementer.

Venit XVII
unus de vii angelis qui
habebant septem phialas
et locutus est mecum dicens veni
ostendam tibi damnationem meretrics
magne que sedet super aquas multas cum qua fornicati sunt reges terre
et inebriati sunt qui inhabitant terram
de vino prostitutionis eius. Et abstu
lit me in desertum in spiritu a vidi
mulierem sedentem super bestiam coc
cineam plenam nominibus blasphe
mie habentem capita vii et cornua de
cem. Et mulier erat circumdata purpura et coccino a inauratam auro et
lapide pretioso et margaritis habens
poculum aureum in manu sua ple
num abhominatione a immunditia
fornicationis eius et in fronte eius
nomen scriptum mysterium. Babilon
magna mater fornicationum et ab
lio abominationum terre. Et vidi mu
lierem ebriam de sanguine sanctorum
et de sanguine martirum ihesu a mi
ratus sum cum vidissem illam ad
miratione magna. Et dixit mihi
angelus. Quare miraris. Ego di
cam sacramentum mulieris a bes
tie que portat eam que habet capita
septem a cornua decem. Bestia quam
vidisti fuit et non est a ascensura de
de abysso et in interitum ibit. Et mi
rabuntur inhabitantes terram quorum
nomina non sunt scripta in libro
vite a constitutione mundi viden
tes bestiam que erat et non est. Et
hic est sensus qui habet sapientiam
Septem capita vii montes sunt
super quos mulier sedet a reges vii
sunt quinque ceciderunt unus est